



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XIII. Die Febrvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

Eturam se DEIPARAM intendit, & se-
lici morte currum illum concendit,
caelo, ut speramus, inuestitus.

omnino exere prompus voluerit,
nihil procrastinata ea, quam dicimus,
renunciatione. Post illi fuit omni ti-
tulorum opulentiaque splendore hu-
militas virtus Christi.

P. NICOLAVS
GALLETTVS.

Siculus Pa-
normi 12.
Feb. 1616.
Vocatio.

Patientia.

Paupertas.

Es. Cataldi Marchione Societatis IESV tyro anno 1645. 5. Octob. mox ab exacto tyrocinio tria vora professorius Postea Sacerdos Theologiae curriculo Romae confecto Duo in illo eminere visa supra communem morem: vnde illi laus & admiratio à domesticis extrarijsque haud vulgaris. Alterum erat patientiae firma semper constantia in valetudine afflicta, quæ illi vberem huius virtutis messem offerebat: alterum quod in ipso aditæ Societatis vestibulo excelsitate quadam animi se suis titulis & fortunis

P. IOANNES
SALCEDO.

Regiae familie confessarius cum Hispanus Reslet, illa cautè, ceu specioso exilio, Bilba. 12. Feb 1615. ut aiebat, est vsus. Fuit quam inuitus, tam bonus Rector, benè de Collegio, temploque meritus. Ante matutinam orationem quotidie, etiam in senectâ extremâ, le flagris accipiebat acer- rimè. Inde illi ardens oratio: cui vesperi horam integras addebar. Mortuo, celebritate publicâ tertio parentatum.

Mane.
Moris.

Oratio.

XIII. DIE FEBRVARII.

P. ALPHONSVS
SALMERON.

Hispanus
Neapoli 13.
Febr 1585.
xstat. 70.

Humilitas.

Fides.

Edecem primis Societatis primipi-
lis vnu, anno 1547. a Iauo III.
Pont. cum Paschacio in Hiberniam
missus cum Nuncij Apostolici pote-
testate. Concilio Tridentino vna cum
Iacobo Laynez interfuit Tridenti,
Bononiae, iterum Tridenti. Ingolsta-
dij sacras literas docuit. Primus Nea-
politanæ Prouinciae autor & Prouin-
cialis. Vbi cùm pro domicilio nostro
fundamenta iacerentur, ipse baiuli
subibat officium, per dies aliquot hu-
meros eophino portando supponens;
Lutheri errores ibidem claram gliscen-
tes in quodam, qui eius zizania semi-
nabat, initio statim compressit; diuina
etiam Scripturā postmeridianis horis

doctè ac germanè explicatâ. A Paulo
IV. in Belgium, & Poloniam missus,
Romæ postea pro Layne in Galiam
misso Vicarius Societati præfuit, mox
Tridentum tertio destinatus ad Con-
cilium à Summo Pontifice. Demum
Neapoli habitavit, nisi quod ad Ge-
neralem Societatis cœtum Romam
venerit. Præpositis Generalibus sug-
gerendis B. Borgiæ, Mercuriano, &
Claudio, & Pio V. iubente in verno
ieiunio, coram eodem conciones Ro-
mæ habuerit. Neapolim redux totum
se ad scribendum contulit usq; ad fra-
etas vires: tunc enim libros clausit, ut se
pararet morti, quam optabat, cùm
diceret, quod melior sit misericordia
Domini super vitas. Viaticum accep-
turus, expectate, inquit, Venis, Deus!
Cum extremo oleo vnguetur, ec-
quando octauus esset à B. Agathæ fe-
sto

*Mors p̄-
dicta.*

B. V.

*Hispanus
Vallisoleti.
14 Feb. 1585.*

Morbus.

*In sibi soli-
tum ap-
tiente IESV.*

Crucif.

Mors.

Isto dies, interrogavit: & socio, cras fore respondent: *Hic, inquit Alphonsus, hic vita nostra terminus est.* Nocte ultimâ illud balbutiebat: *In vitam eternam! hodie vita erumnis tandem eripiar. Letabitur anima mea in Deo meo.* Ecquid ita laetus esset, roganti, respondit. Quod misericordiae vias patet facere incepit Deus: & Sanctorum litanis sepius repeti iussis, Euangeliū de Christi cruciatis auscultauit, & in Crucifixi ad DEIPARAE Matris effigiem figens oculos clausit. Clerus, atque nobilitas, magnaue vis populi ad funus confluxit. Capilli, vngues, vestes praecise ad venerationem. Sabbatis in ieiunio verno conciones instituit de B. Virgine, forte primus; certe tuac raros, & paucos imitatores inuenit, quos tamen inuenit, experientia constitit, id non maiore illis opera, quam operæ Dei Matris impensa pretio constitisse.

SANCIUS DE AVSA, NOVITIUS.

*C*um in longo 80. dierum morbo siti aestuaret, lingua tota exustâ & aridâ, licet aquam semper ad manus haberet, quâ os elueret, nunquam tamen biberit, ut obedientia suam patientiam redderet pretiosam, sitientem interea in cruce IESVM, pro patiendi regula, contemplatus. Biduo ante mortem Christus illi talis in cruce apparuit, qualem ille sitientem fuerat meditatus, & siti sua imitatus. Videbatur sibi vasculum liquoris pretiosi, & Christo valde grati crucifixo porrigerere, ac illi dicere: Domine miserne inter electos tuos? Affirmante Christo adiecit æger: Domine accipiesne me tecum? Tum Christus: Ita fili, accipiam te mecum. Et biduo post eod abiit, quod sperabat, ad tor-

rentem voluptatis, quo poterat suos Deus.

P. SIMON DE ES QUIVEL.

A Stigitani Collegij curam tantâ Adomis orisque apud Clerum, Religiosos, sæculares approbatione obi- bat; ut mortuum primarij viri multi fleuerint, funus Religiosi omnes, Clerus vniuersus, omnique ciuitas celebrauerit. Sed illud commune ille cum multis: hoc non item, quod octauo ferè ante supremum die (tametsi viribus tum adhuc integris) præsensione anteceperit, se breui migraturum è vita; id quod Collegij Procuratori disertè affirmauit, cum illo accersito rationarium rei familiaris introspexit, omniaque ritè composuit, mox morbo correptus, & septimo post die morte abreprus. Extrema illâ vitæ hebdomadâ, nihil voluit vel dicere, vel audire, nisi quod cælestè ac diuinum esset, eoque idoneum ad parandam viam Domini pro itineribus æternitatis, quam sibi iam imminere singulari Dei benignitate didicerat,

P. IGNATIUS DE IULIIIS.

*T*otius obibat munia, quot gerendis ab eius obitu tres Patres sunt destinati. Præstabat ingenio, & industriâ voluntatibus ad diuina trahendis, colloquio, missionibus, sodalitijs: verum illud singulare visum, quod quotquot supremo se agoni parabant, licet alias à Societate animo alieni, sub illum articulum P. Ignatio accersito vitæ vniuersæ rationes exponerent. Ter quothebdomidis indeâ se vexabat, & quidem sextâ feriâ non

*Hispanus
Ast. gi. 1.
Febr. 1597.*

*Mors p̄-
dicta.*

Fer.

Euch.

Mors.

*Belga-
uani-
Feb. 1.*

*Litan-
Ang-
cufo-*

Fer. 91.

non nisi pane & aquâ in cibum & potum admissis. Cingulo ferreo plerumque armatus, ter flagris acerbè in se deseuiebat, secundis mensis è saccaro numquam admissis in cibum, ne pallato blandiri citra necessitatem videatur. Ad ignem nulla illum frigoris fœuries, ad frigidæ leuamentum nulla æstatis flagrantia, ad lectulum nulla corporis laſſitudo pellere poterat. Vestitus duram quietem in aſſeribus capiebat. Biduo ante supremum morbum coram SS. Eucharistia enixè oranti, clarâ vox: *Festina, inquietas, Ignati; festina: quoniam perpaucit tibi super dies.* Eos ille tanquam à Deo sibi ad apparationem datos quâm pretiosissimis potuit modis impendit, & vixit. Fuit qui dixit acerbum cruris dolorem sibi absticisse Ignati nomine implorato.

Euch.

Mors.

P. IOANNES
BALSTERER.

Præter insignem animi candorem, & expeditam ad obsequia omnia charitatem, paupertatis integratitudinem quâm maximè addictus. Idcirco diligenter aduertebat, examinabatque se atque suum conclave, ut videret quid sibi detrahere, id est, quid seuero paupertatis paucissimis contente genio posset addere. Et hoc illi quotannis in perpetuo more fuit. Cantato vnâ ferè ante obitum horâ MARIE Matri gratiæ carmine, ad illam suauifine concessit.

Germanus
Ebersperge.
15. Feb 1610.
ætat. 66.

Paupertate.
B.V.

Mors.

XVI. DIE FEBRVARII.

P. IOANNES
HAMELIUS.

Belga Lo-
uani. 14.
Feb. 1589.

Litanie.
Angelus
custos.

A pud Zelandos natus, trium Sacrarum linguarum eximiè peritus, & inter primos Belgij viros ærate suâ habitus. Huic à peste apud eum cui operam dederat contractâ mortienti, quartâ ante supremam horâ, dum socij litanias omnium Sanctorum in facello recitarent, Angelus custos se spectandum dedit: id quod ille non suis, sed sociorum litanias piè recitantium meritis tribuebat.

G A S P A R D E
G A R A Y C O A D.

Nauarchus in sæculo, in Societate Coadjutor, quem externi magnâ in veneratione habuere, ob eminentem virtutem. In Zebuano Collegio totis 32. annis vixit insigni ad omnem laudem exemplo, quidquid demum officij obiret. Extremis 12. vitæ annis captus oculorum luce quicquid in templo sacrificiorum celebrabatur audiebat, diuinæ Matri Coronæ manibus, ore, corde voluenda diu noctuque intentus, ter quothebdomadis diuinæ synaxi accumbens. Quoad illi per vires & obedientiam licuit, singulis hebdomadis ter inediâ se macerabat, crebro ac aspero, nec raro duplii accinctus cilicio. Nul-

Mispanus
in Zebu In-
sula Philip-
pina. 4.
Feb 1621.
ætat. 88.
Soc. 37.

Cactus.

B.V.

Mors.

M
lum